



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Contra respectum humanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54750)

§. X.

Amuleta contra varias per diem tentationes.

Contra respectum humanum.

Dico vobis: Omnis, qui me confessus fuerit coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis suis. Luc. 12. DEUS meus, in te confido, non erubescam, neque irideant me inimici mei; etenim universi, qui sustinent te, non confundentur. Pl. 24. DEUS dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam DEUS spreuit eos. Pl. 52. Vota mea Domino reddam (quod obligationis est, faciam) coram omni populo ejus, Pl. 115. sine ullo respectu humano. Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Pl. 118. Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. ad Gal. 1. Mihi pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die. 1. Cor. 4. Dies pro iudicio sumitur. Sic reis dies dicitur. Alludit hic Apostolus ad Jerem. 17. v. 16. ubi dicitur: *Diem hominis desideravi, Domine tu scis.*

Valde obarmandus est animus contra respectum humanum. Pilatus Christum conservare volens multas cum populo Judaico luctas sustinuerat & superaverat. Sed dum audiret clamantes: *Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris*, offensam Caesaris timens, CHRISTUM addidit cruci.

Tempore